

sime continetur. Quare reminiscentes laborum sanguinis et fauorum nostrorum antiquorum in recuperando, manutenendo et custodiendo loca Egeopelagi et dubitantes ut plurimum quod ad manus extraneorum non ueniant ullo modo, 135 disposuimus mittere ad uos, uelut ad caros et honorabiles ciues nostros, de quibus gerimus plenam fidem, commissimus duche et consiliarijs Crete et etiam nostris Baiulo et consiliarijs Nigropontis quod ad conseruationem dictorum locorum et bonam custodiam dent uobis consilium auxilium et fauorem opportunum sicut per eorum nuntios uobis fiet mentio specialis, quibus nuntijs et specialiter 140 nuntio duche et consiliarijs Crete latori presentium in omnibus que parte nostra dicent circa facta predicta debeatis tamquam nobis fidem credulam adhibere, obseruantes et mandantes executioni omnia que dicent, sicut de uobis plene confidimus et speramus. 144

13

Επιστολή πρὸς τινὰ ἄρχοντα δι' ἧς παρακαλεῖται οὗτος νὰ μὴ ἀναμινύεται εἰς τὸ ζήτημα τοῦ γάμου τῆς Φλωρεντίας Σανούδου.

*Ὁμοία ἐπιστολή πρὸς τὸν αὐτοκράτορα καὶ πρίγκιπα Ἀχαΐας καὶ Τάραντος. 1363, Ἀπριλίου 5.

F^o142^{to} Millesimo trecentesimo LXIII, die quinto Aprilis.

Scripsit nobis Excellentia uestra, quod de impedimento prestito per nos seu baiulum nostrum Nigropontis domine Florencie ducisse Egeopelagi quominus exequi posset matrimonium cum nobili uiro Raynerio de Azaiolis mirabamur cum ipsa esset uassalla et ligia uestra requirentem ut ipsam in hoc turbare 5 minime deberemus. Super quo uobis rescribimus quod presupposito quod ipsa domina esset uestra uassala prius tamen quam uassala uestra fuerit ipsa fuit ciuis nostra et ratione originis nobis naturali jure subdita et commissa, nam progenitores sui ab antiquo fuerunt de nobilibus stirpibus terre nostre et cum fauore ac auxilio nostro acquisiuerunt et tenuerunt loca et insulas Egeopelagi, quas 10 ipsa domina possidet in presenti pro quibus insulis deffendendis et conseruandis communitas nostra persepe cum multa sanguinis effusione grauibisque periculis laborauit et continue in treuguis, quas cum imperio constanter hactenus habuimus et presencialiter nunc habemus ipsa loca sub nostra protectione specialiter nominamus, quod nisi actum esset et fieret diu est quod ipsa loca in potestate 15 sua non forent, propter quod si de ipsa ducissa ut predicitur ciue nostra et locis suis nostro fauore quesitus et tantis nostris laboribus conseruatis, curam gerimus et sicut honori nostro conuenit prouidemus iuste agimus, nec habet quisquam ullam admirationis materiam superinde, ymo salua reuerencia uestra equius nobis et conueniencius uidetur quod uos de re uobis utique impertinentius immiscere 20

* Τὸ ὄνομα παραλείπεται εἰς τὸ κείμενον.

minime debetis quia uestram maiestatem tenere uolumus pro constanti quod
quidquid egimus in predictis acturique sumus totum est ad salutem et bonum
ipsius domine et locorum suorum et pro conseruatione nostri honoris et juris
25 quamplurium ciuium nostrorum, quorum interest et interesse posset per amplius
infuturum.

Similis domino imperatori et principi Achaë et Tarenti.

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οι αὔξοντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὔξοντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημείωσις. Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα εἰς διορισμούς, παρατί-
θενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.

4. 12. 13. Τὰ τοῦ γάμου τῆς Φλωρεντίας Σανούδου, δουκίσσης Αἰγαίου πελάγους, ὅρα εἰς σημειώ-
σεις καὶ σχόλια Liber xxxi ἀριθ. 23.

